



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Accidia remedia sunt quinq[ue]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

INSTITVTO. 10

regrediuntur, quemadmodum Di-  
vus inquit Bernardus. In via uitæ Bers,  
nō progredi, regredi est; & quanto

appropinquare deberent terræ pro-  
missionis, ab ea magis elongantur,

sicut accidit filijs Israel in deserto.

Vnde Regius cantor ait: Errauerūt

insolitudine, in inaquoso uiam ci-  
uitatis habitabilis non inuenierunt.

Ad dicta etiam accedit. Quod facit  
tempus amittere, quod quidem ma-

ximum damnum est. Sed de hoc

clarior in capite de tempore ui-

debit.

Psa. 106

*Accidie remedia sunt  
quinque.*

**P**rimum est diuersitas occupa-  
tionum. Semper aliquid bo-  
ni operis facere debemus, ne  
diabolus nos occupatos esse uidēs,  
ociosos nos inueniat, & sic non ha-  
bebit ubi possit esse. Quia dum res  
aliqua perfectè occupata fuerit, al-  
terius rei capax esse minime potest.  
**S**ecundum est consideratio pœnæ  
eternæ, que pigro & ocioso para-  
tur. Vnde de seruo inutili apud  
Matthæum legitur. Eiicte eum in  
nebras exteriores. Tertium est

Mat. 25

CHRISTIANA

consideratio premii, quod solis laborantibus datur. Vnde si nos feret labor, merces tamen infinita in-

**Gen. 15** uitet. Sic dicebat ad Abraam Deus,

Ego protector tuus, & merces tu-

**Ambr.** magnanimis. Vnde dicebat Ambro-

sius. Discute corporis inertiam. Gen-

perq; memento, quia regnum co-

lorum, non tepidi sed uiolenti,

uimque sibi facientes deripiunt.

Quartum est consideratio pericu-

lorum mundi in quo sumus, qua-

**Grego.** sicut dicit Gregorius. Quid en-

sit hodie aspicimus, sed quid ca-

futurum sit unusquisq; nescimus.

In hoc est periculum magnum, qui

homo nunquam in uno statu perma-

net; qui hodie letus & cras tristis,

hodie bonus & cras malus, hodi-

niuus & cras mortuus. Omnis na-

vita praesens supplicium est, in hoc

profundo inquietoq; mari niquam

stabili consistimus loco, nullus por-

tus nisi mortis est. Quintum est

oportunitas operandi. propterea

dicebat Christus. Ambulate dum la-

**Ioan. 12** cē habetis &c. Et Paulus ēt inqui-

Dum tempus habemus operemur

bonum ad omnes, maximē autem

domesticos fidei.